



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lamentationes Petri

Esdras

[Zwolle], 1521

Ad lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36791

¶ Ad lectorem.

Obsecro oēm lectore inoffensum hæc nostra scrutari. Etenim si quicquid immodestius in monachorum instituta narratum est, meruerat adhuc acriora. Si quid in diuum Aquinatem, in sacrum Franciscum scriptum est, animo quod tu sis integro, nihil illi lesi sunt. De his sentit sanctissime eximius iste Esdras, vale, candide omnia lege.

¶ Argumentum sequentis dialogi.

Lamentationes Petri quibus omni lectori id palam enūciatur Lutheriana negocia, dei atque omnium sanctorum esse cōsulta. In quibus quoque id docetur cōdide ecclesiā hostem accepisse infestissimum, posteaque monachorum instituta mūdo nata sunt. Denique quod omnes clari autores interciderint, quod diuina pagina usque nunc cordatum non meruerit lectorem, id totum hæc lamentationes donat monachis. Quod Aristotelici, quod Platonici codices habeant patros, quod Ciprianus muribus sit exesus, quod Hieronymus adiectus rineis, id totum monachis tribuunt, quod euāgelica sinceritas, quod Christiana libertas abiit, id iterum hæc lamentationes dant monachis.

LAMENTATIONES PETRI cum annotationibus Iohannis Andreæ.



Go Esdras olim scriba, modo publicus sanctorum Pronotarius, superne dudum oraculo admonitus, adhibui mihi Saream, Dabriam, Selemiam, Echanum, & Asiel, uiros quinque, de quibus deus intellectum uiris istis, & scripserunt quæ dicebantur excessiones nostras quas non sciebat. Scripti sunt autem per dies quadraginta, libri ducenti quatuor. Ego itaque omnes hos meos codices, dum stupidus demirarer totum orbi incognitos, contueor Paulum atque Petrum, cōrentioso congressos alloquio, medio celo pariter cōtendere. Denique Paulus ita Petrum aggressus est. Quid rei Petre? Num venena tuis scriptis inseruisti? num insuaue quid tuis cōposuisti literis? Et quare lectorem non mereris? Petrus. Quid me Paule insuauitatis fatigas? lenis sum, nihil unquam asperum, iniucundum nihil unquam literis exegi. Ad celestem atque cōdem hæc nostram gloriam quæque meis ego scriptis cohortatus sum. Sed & ipse mea litera testes exhiberi poterint, quæ nihil egerim ab homine, quod hominis non sit in quo uel modicum humanæ naturæ præiudicari. Paulus. Falleris Petre falleris. Num & tu legisti, id uerbi ratum fore ualidum, quod duorum aut certe trium testium firmiter autoritas? Qua fronte crimine non agnoscis, quod non duo, non terni, sed totus tibi ubique oppingit orbis. Neque id quoque leuiter. Siquidem annos iam plus demptè quadringentis, hæc tua impietas constantissime astruitur, id per non ista in a non mediocribus mundi luminibus, Et mi Petre, mihi quod nar ualuerunt

iii. Esdras
xiiij.

Annotationes Iohannis Andreæ.

Ab eo si quis
demptè Ca
non ista in a
ualuerunt